

# STADT KAMENZ.

## 1.

*Bischof Bruno II. von Meissen weiht in der von Bernhard von Vesta gegründeten Stadt Kamenz die Pfarrkirche, welche nach einem Brande von dessen Sohne (Bernhard II.) neu erbaut worden ist, ein und bestätigt dabei ihre Ausstattung.*

1225 Mai 19.

*Hdschr.: Or. Perg. Klosterarchiv Marienstern No. 111 mit dem S. des Bischofs.*

*Gedr.: Köhler, Cod. dipl. Lus. sup. pars II. Beilage zum N. Laus. Magaz. 35,4.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Bruno secundus dei gracia Misnensis episcopus. Quoniam ea, que ecclesiis dei ex fidelium devocione proveniunt aut ipsis dotis nomine assignantur, rata adeo eis debent ac stabilia permanere, ut invasor quilibet earundem dampnum salutis incurrat et excommunicacionis sentenciam mereatur, notum facimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod cum Bernhardus de Vesta, vir strenuus et honestus, parrochiam in Kamenz in loco, ubi primo oppidum exstruxerat, in honore apostolorum Philippi et Jacobi dedicatam pariter et fundatam laudabiliter dotavisset, quod eo defuncto filius ejus, rerum et nominis ejus heres, locum oppidi immutavit et ipsam ecclesiam incendio devastatam per nostre humilitatis officium de novo faciens consecrari, dotem ejus antiquam in eo, quod antea minus habuerat, instaurans, ipsam laudabiliter auementavit in hac forma: quatuor mansos juxta oppidum idem sitos cum omni utilitate, que inest vel inesse poterit in futurum; decimam justam ex dominicali suo; decimum denarium ex censu cum teloneo oppidi proveniente; decimam urnam mellis, que in burcardo ipso ei et suis successoribus proveniet et provenit; curiam in oppido ipso unam et de singulis mansis, qui excoluntur ibidem, singulos modios siliginis; insuper forensis missales denarios; viginti mansos nemoris apud villam, que Bel dicitur, excolendos; de villis ad eandem parrochiam pertinentibus, Liepgersdorf, Swavesdorf, Petereshagen, Brunowe, Liebenowe, Cunratesdorf, Sconenbach, Grabowe et Grabowe, Bel, Berenbruche, Tschorne, Schildowe, Jesowe, Pazeliz, Witeniz<sup>a)</sup>, de singulis mansis cultis vel colendis prefate mensure singulos siliginis modios; in Cunratesdorf et Goztin<sup>b)</sup>

1. a) Jetzt: Lückersdorf, Schwosdorf, Petershain, Braunau, Liebenau, Groß- und Klein-Gräbchen, Biehle, Bernbruch, Tschorna, Tschiedel, Jesau, Baselütz, Wiednitz. b) Jetzt: Gotschdorf.